



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu**

**Dirckinck, Johann**

**[Osnabrug, 1696]**

Vespertinas.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](#)

piendus. Eâ itaque spe roboratus, denuò seriò propono, me commissa peccata emendaturum, idq; firmiter, ut nulla vel humanæ, quantacunque felicitatis, vel propriè mortis conditione proposítâ, ullam unquam, licet venialem culpam, admittere decernam. O Spiritus Sancte, Spiritus fortitudinis, qui fragilitatem meam nosti, conforta me, & septenis donis tuis ita me corroborâ, ut gratia tua nunquam excidam. Amen.

Deniq; pro quotidianis defectibus, aliquam tibi, quam statim exsolvas, pœnitentiam injungas, ut si aliquem tibi dolorem infligeres, aut preculam aliquam recitares. Quando autem culpa aut defectus gravior occurrerit, non sufficit eum communi pœnâ multare, sed extraordinariâ reprehensione & condignâ castigatione punire convenit. Deniq; terminatur examen, oratione Dominica. P. Jac. Alvarez tom. 2. lib. 3. c. 9.

## P R A X I S

Deo, Divisq; sub noctem se pie commendandi.

## I. Ad DEUM PATREM.

**M**ane nobiscum Domine quoniam advespera scir, custodi me ut pupillam oculi tui, & sub umbra alarum tuarum protege me, ne unquam obdormiam in morte & gratiâ tua excidam. Salva nos Domine vigilantes, custodi nos dormientes, ut vigilemus cum Christo & requiescamus in pace.

## II. Ad CHRISTUM DOMINUM.

**I**n vulnera tua, mi Jesu, me meos & omnia mea commendô. Quidquid hodie à me & toto orbe terrarum factum est boni & hac nocte fiet, millies augere exopto. Quidquid hodie peractum est malum & hac nocte fiet, vel sanguinis profusione impedi-

pedire desidero. Tibi vigilo mi Iesu, tibi dormio,  
tibi vivo, tibi morior.

*III. Ad S PIRITUM SANCTUM.*

**O** Spiritus sanctissime! omnia nocturna phan-  
asmata, somnia & vitiorum irritamenta,  
contra voluntatem meam esse ac fore protestor:  
dignare sub alas protectionis tuæ suscipere, ut in  
te secuiè vivere, in te centro cordis mei requiece-  
re valeam.

*IV. Ad Beatissimam VIRGINEM.*

**P**ermitte, obsecro, Mater amantissima, sub pallii  
tui cœlestis umbra & protectione securè qui-  
escere, Deumq; meum, etiam dormiendo secun-  
dum voluntatem ejus laudare. Maria Mater gratiæ,  
Mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege &  
mortis horâ suscipe!

*V. Ad S. ANGELUM CUSTODEM.*

**A**ngele mi Custos fidelissime, qui me dormi-  
ente vigilas, totaq; nocte mihi assistere non  
dedignaris: advigila obsecro ad me, meos, totam-  
que domum hanc, ac Dæmonis insidias ab ea re-  
pelle, meo loco, assidue Deum lauda, & ad lau-  
des ejus, cras statuto tempore resumendas me ex-  
citare dignare.

*VI. Ad SS. PATRONOS.*

**O** Sancti Patroni mei NN. me quiescentem  
protegite, vicésq; meas in laudando Domi-  
no Deo nostro supplete, misericordias ejus hac  
nocte & in æternum cantantes. Impetrare mihi  
quoq; gratiam, in gratia ejus semper vivendi &  
moriendi, ac gloria ejus æternū perfruendi. Amē.

*Praxis piè incumbendi.*

*L. Cubiculum ingressus te ex lectum aquâ lu-*

*stra.*